

nullo impedimento adueniente, voletur vice. sies rotā, attamen si quis post secundam volūtationem apponat manū, retineātque rotā, non voluetur viterius; habebat tamen maiorem suā volūtationis spharam, quaē diminuta est per retentionem, seu impedimentum adueniens. Et hāc applica ad præsentem casum.

Ad quartā. Ad quartā: Concede agens naturale age. re successiū, & continuē in paſſū, in quod agit; illud enim successiū, & continuē non sic intelligitur, quōd virtus agentis debeat localiter successiū, & continuē ab agente progredi ad paſſū, sed sic intellige, quōd vbi agens incepit suā actionem in aliquo paſſū, siue proximo, siue distanti eam successiū, & continuē elicit, loquendo de agentibus alteratiis; nam generans agit in instanti, vt viſum eſt aliās.

Ad quintā. Ad quintā: Nega minorem; ſufficit enim, vt agens dicatur vniuitate paſſū, quōd utrumque fit in debita sphera actiuitatis, & paſſibilitatis.

Ad ſextām. Ad ſextā: Nega minorem; medij enim diſtantia, aut indiſtantia conſert; quia agentia naturalia habent ex natura ſua determinatam spharam ſuā actiuitatis; non tamen ex hoc ſequitur, quōd debeat agere in medium; nec enim valet iſta ſequela: Agentia naturalia ha- bent determinatum medium, & determinatam diſtantiam ſuā actiuitatis; ergo agunt per me- dium; hoc inquam conſequens fallit; ratio- ne enim illius diſtantie non æqualiter ſe habet paſſū ad duas leucas, & ad unam leucas.

Ad septimā. Ad septimā: Poteſt negari maior, cum enim agens incréatum ex natura ſua illimita- tum ſit, & immensum, repugnat illud non eſſe ubique, & per conſequens illud agere in diſtantia: at agentia creata, cūm non ſint ubique, poterunt agere in diſtantia. Aut dic, quōd Deus ex ſuppoſitione, quōd ſe limitet intra celos, poterit ta- men agere in his inferioribus; cūm enim ager per ſuā voluntatem, & eius voluntas poſſit agere in diſtantia, ſequitur, quōd Deus poſſit agere in diſtantia, videreturque de facto agere in diſtantia, ſi aliquid de nouo produceret in ſpatijs imagi- narij.

Ad octauā. Ad octauā: Debilitatur virtus agentis in remotum, etiam ſi non agat in medium; ſed quia paſſū remotum eſt proximum limitibus spheras actiuitatis agentis; diſformiter enim agens agit, vt dictum eſt, id eſt fortius in pro- pinquum, quām in remotum; non tamen ex hoc nec necessariō debet inferri, quōd non agat in re- motum, niſi prius agendo in proximum.

Ad confirmationem dices, quōd agens conſeatuer ſemper eſſe præſens ſecundum ſuā virutem ipſi paſſū, dum modò paſſū ſit intra spharam actiuitatis agentis; ex eo quōd vt ſic virtus actiua agentis educat formam de potentia paſſū, quamvis illa virtus actiua non diſfundatur per medium, licet id plerique imaginentur Phi- losophi, quod tamen implicat, vt videbimus in resolutione.

DEC I S I O.

Num. 36. *R*Eſolutio prima. Totius huius difficultatis ve- ritas hāc mihi videtur eſſe: Agens naturale dum reperit medium diſpoſitum æquā ac paſſū diſtantia, prius agit in proximum paſſū,

quām in remotum: & hoc probant evidenter rationes ſecundi Clypei, experienciāque id con- ſtat; nam videmus ſtupam viciniorum igni prius calefieri, quām remotam: attamen ſi paſſū diſtantia ſit capax, & diſpoſitum ad receptionem actionis agentis; paſſa verò viciniora non ſint capacia, tunc agens agit in paſſū diſtantia, non agenda in paſſa intermedia; exemplūmque de ſole producente mineralia in terra viſceribus mihi videatur eſſe evidenter illūm: nec valet re- ſponſio aduersariorum dicentium ſolem tranſi- mittare qualitates productrices mineralium per totum medium, & quōd poſte illæ qualitates re- cepta in viſceribus terra producant mineralia in virtute ſolis, cuius ſunt accidentia, & iauſtri- menta, hāc inquam reſponſio peccat in duobus:

*diſtantia na-
turaliter no-
agendo per
medium.*

Primum eſt, quōd ſupponat accidentia produce- re ſubſtantias, quae propositio aliena eſt à ſchola Scotifartum, vt viſum eſt aliās; Secundum eſt, quōd imaginetur tranſmitti illa qualitates per totum medium, velut in motu quōdam locali; at hoc eſt contra effatum commune: *Accidens non migrat de ſubiecto in ſubiectum.*

Dices forte: Sol ex corpore ſibi vicino edu- cit illas qualitates, quae ſic educte producent alias in corpore ſibi contiguo, & ſic successiū vique ad viſcera terra; hoc eſt tamen falſum, & contra rationem; nam ex hoc ſequeretur illas qualitates educi ex cœli vicinis, & inferioribus ſolis, ideoque cœli forent peregrinarum qualitatium capaces, proindēque alterabiles, quod eſt contra communem Philoſophorum doctrinam: deinde, accidens non poſte educi de potentia ſubiecti indiſpofiti: at neque cœli, neque præ- ſertim Regio ignis eſt diſpoſita, vt ex eius poten- tia educant illiusmodi qualitates mineralium productrices; quis enim ſibi perjuadere poſte ex actiūllo elemento, qualis eſt ignis, educi prædictas qualitates? deinde nullus appetet ef- fectus diſcarum qualitatum, niſi in viſceribus terra: nec ex quacumque terra educi, ſed ex cer- ta quadam, & diſpoſita ad formam mineralium induendam.

Nec dicas illas qualitates à calore ſolis pro- duci; id enim eſt incertum per æquā incertum probarē; nam recurrit eadem diſcultas de calore ſolis, an prius ſol calefaciat proximum, quām remotum? cūm enim ſecunda Regio aéris iuxta communem Philoſophorum ſenten- tiā nihil caloris continueat, ſed ſit frigidissima, & per conſequens nullus calor in ea continueat, à quoniam producetur calor inferioris re- gionis? non à calore mediae regionis, quia nullus eſt in ea, ſed maxima frigiditas, ergo prodi- ceretur à ſole inferiori aeris regionem cale- faciente, non calefaciendo medium: ergo ſol ager in diſtantia non agenda per medium.

Respondebis, quantum eſt ex ſe calefacere ſecundam regionem aéris, quam tamen calefa- tionem obruit nimia frigiditas. Sed inſto: per te nimia frigiditas impedit, ne producatur calor in ſecunda regione aéris, ergo nullus in ea producetur, proindēque calor inferioris regio- nis non producetur à calore mediae regionis: concluditur ergo quōd ſol calefaciat remotum non calefaciendo proximum.

Dices iterum produci calorem, & prædi- clas